

ad ulteriora tendens statim de bello supradicto proficiscens
cum suo exercitu apud dictum Kaleys supra mare in
finibus regni Francie positum onibus et apparatu bellico per
regem Francie fortiter munitum^{a)}, quod quidem presidium
regno Anglie ultra mare ex adverso posito semper fuerat
infestum, valida manu obsidens post 18 vel circiter men-
ses expugnatum^{x)} in deditionem accepit, et expulsis inde
incolis sua gente et satellitio armis et escis forcias commu-
nivit, statuens sibi ibidem portum in Franciam trans-
eundi ex Anglia in futurum. Cum autem ista per re-
gem Anglie citra mare tam feliciter agerentur, rex Tho-
rie regnum Anglie in ipsius absentia cum valida manu^{xx)}
hostiliter ingressus resistens sibi dicti regis Anglie
partibus commisso hinc inde bello per amicos regis Anglie
victus fuit atque captus.

Calais

Per idem tempus surrexit in regno Germanie periculosa^{a)}
nimis et detestabilis secta hominum Lazorum, que a pe-
nalitate, quam sub pretensa specie penitentie sibi in suis
corporibus publice in facie hominum inferebant, se fla-
gellatores seu flagellarios nominabant^{y)} ~~nominabant~~.
Precedentes namque in sui principio ab Ungaria et
Pannonia et passim per totam Germaniam discurrentes
infinitum populum sue secte et erroribus implicabant,
sociantes sibi redum de vulgo rudes homines et

^{a)} Secta flagellatorum in
marg. cod.

a) minutum (xx) expugnatam cod. / y) flagellarios cod.
mutum 2. expugnatum 2. (xx) in 2.